

ALEXANDER PP. VI.

1697-20 7/100 Roma

167

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Nuper nobis exponi fecisti: quod olim quondam Blancha maria sforza ducessa mediolani, dum in humanis ageret, uoluit et ordinauit, quod in certa domo Sororum tertii ordinis sancti francisci de penitentia nuncupata, una capella sub Inuocatione sancte helisabet constructeretur et edificaretur: in qua ducenti ducenti exponerentur. Cum autem sciat eandem expositionem subiugerebat, dicta domus ad alium usum translata et mutata fuerit, sicque uoluntas dictae ducessae adimpleri non possit: Pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc opportune prouideres, de benignitate apostolica dignaremur. Nos uoluntati tuae in hac parte fauorabiliter annuimus: Tibi quod edificando dictam capellam in aliqua Ecclesia religiosorum seu domus dicti ordinis, perinde satisfacias in omnibus et per omnia ac si in Ecclesia dictae domus dictam capellam edificasses, auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie indulgemus. Non obstantibus constitutionibus et ordinacionibus apostolicis, ac uoluntate et ordinacione predictis, quibus specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romae apud sanctum Petrum sub Annulo piscatoris die. xx. Septembris Mccccxxxvii. Pont. nri Anno Sexto.



Magdeburg 7 (167)

L. Podocathoraeus









ALEXANDER PP. VI.

1697-20/7/167

167

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Nuper nobis exponi fecisti: quod olim quondam Blancha maria sfortia ducissa mediolani, dum in humanis ageret, uoluit et ordinavit, quod in certa domo Sororum tertii ordinis sancti francisci de penitentia nuncupata, una capella sub invocatione sancte helisabet construeretur et edificaretur: in qua ducenti ducenti exponerentur. Cum autem sicut eodem expositione subiungebat, dicta domus ad alium usum translata et mutata fuerit, sic quod uoluntas dictae ducissae adimpleri non possit. Pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc opportune providere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur uolens tuis in hac parte fauorabiliter annuente: Tibi quod edificando dictam capellam in aliqua ecclesia religiosorum seu domus dei ordinis, perinde satisfacias in omnibus et pro omnia ac si in ecclesia dictae domus dictam capellam edificasses, auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie indulgemus. Non obstant constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac uoluntate et ordinatione predictis, quibus specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romae apud sanctum Petrum sub Annulo piscatoris die. xx. Septembris Mccccxxxvii. Pont. in Anno Sexto.



Magdeburg 7 (167)

L. Podocatharus

